



DE

LEGIBUS NATURÆ  
DISQUISITIO PHILO-  
SOPHICA, &c.

ET

Elementorum Philosophiæ  
*Hobbiana* Refutatio.

CAP. I.

*De Natura Rerum.*



Uamquam Nonnulli, Scepticī  
scilicet, & Epicuræi, Leges Natu-  
rales existere negarunt olim, &  
etiamnum pernegant, convenit  
tamen inter nos atque illos quid  
hoc nomine significare velimus  
utrinque. Enimvero utrobique intelligimus Pro-  
positiones quasdam immutabilis veritatis quæ  
Actiones voluntarias citra Bonorum Electio-  
nem, malorūque Fugam dirigunt, ac Obligati-  
onem ad actus externos inducunt: etiam citra  
Leges Civiles, & sepositâ consideratione pacto-  
rum Regimen constituentium. Hujusmodi a-

A

liquot